

Sententia Fratrum Predicatorum de Responsione
 22. Societatis ad 8. quæst. es. ab Ill. mo et Rev. mo. S. no
 Cardinali Maduccio proposita.

Circa Primam.

Fatemur ponendam esse in Deo providentiam, et prædeterminationem ante bonum utrum
 liberi arbitrij, respectu actuum, quibus homo ad justificationem disponitur, aut ad
 vitam æternam pervenit, quippe quem et homo habet ex gratiæ efficaci auxilio, et ad
 ipsum libere omnino concurret, de causa secunda et proxima mota efficaciter à prima.

Circa Secundam.

Acceptamus ipsam, addentes, ex divina prædeterminatione, arbitrij nostri libertatem, mi-
 nimè in motum perfici.

Circa Tertiam.

Advertimus, quod quando dicitur, auxilia gratiæ esse quidem efficacia, ut sunt à
 Deo: atque ita de se, ut non excludatur respectus ad liberum arbitrium; hoc po-
 test dupliciter intelligi. Primo, ita ut auxilium de se efficax includat respectum
 ad consensum futurum nostri arbitrij, tanquam causæ efficiendæ ad suum ef-
 fectum: et in isto sensu verissimum est. Secundo, ita ut auxilium de se efficax
 includat respectum ad talem consensum, tanquam ad aliquid, à quo dependeat
 efficacia auxilij ad movendum ipsum liberum arbitrium, et sic falsum esse existimamus.

Circa quartam.

In eo quod dicunt, aliqua auxilia gratiæ esse de se efficacia ad efficiendum, ut
 liberum arbitrium consentiat, convenimus modo circa præcedentem propositionem à
 nobis explicato. In eo vero, quod asserunt aliqua auxilia gratiæ à libero arti-
 bus pro sua sola, et innata libertate interdum reddi inefficacia: si sermo fiat
 de auxilijs gratiæ sufficientis, proprie loquendo dicimus, minimè reddi inefficacia;
 sed ex libero arbitrio ponente obijem fit, ut non consequantur effectum illum,

ad quem in genere suo disponebant. Ac si loquamur de auxilijs efficacijs, quib;
 mouetur homo à Deo in instanti Iustificationis, consemus, hæc duo simul vera esse po-
 posse: quod uidelicet spiritus sanctus aliquem moueat ad actum Charitatis, et con-
 tritionis; et quod ipse in tales actus libere non exiit: Ac subinde nunquam unquam
 get, quod homo reddat inefficax auxilium, quod de se, et uo uenit à Deo esse efficac.
 quod demum dicunt de respectu illo gratia efficaci ad liberum arbitrium,
 satis circa tertiam propositionem diximus.

Qua circa quatuor alias quæstiones respondens, ut iacens, amplectimur.

